



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 29. Bonifacii causam defendit Anglia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

blicis removebantur, si quis plus offerere-  
 bat: tum enim ab offerente minus, & pro-  
 missum antea consecuto deceptum se per-  
 hibebat Papa. Anno 1398 urente Ro-  
 mam pestilentia unum idemque benefi-  
 cium interdum eadem hebdomade multis  
 est venditum, quorum nemo possessionem  
 adiit: nam omnes mors prævenerat.  
 Hæc negotiatio erat tam publica, ut eam  
 esse licitam, nec posse Papam hac in ma-  
 teria peccare plerique Curiaë Ministri con-  
 tenderent.

Sæcul. XIV.  
 A. C. 1399.

§. XXIX.

*Bonifacii causam defendit Anglia.*

Anglorum semper Bonifacio parentium  
 Rex Richardus Universitatem Oxo-  
 niensem consuluerat, an ille non esset adi-  
 gendus ad cessionem, sicut Gallia Bene-  
 dictum ad eam vellet adstringere? Re-  
 spondit illa: Hispanos, Gallosque non re-  
 prehendimus, quod abnuerint iussa falsi  
 Papæ sui, & ad cessionem illum compu-  
 lerint. Sic possunt agere falvis legibus,  
 quia diffidunt ejusdem juri: fortassis et-  
 iam cupiunt ita mederi malo, quod fece-  
 runt concitando schisma. Sed hæc ad  
 pacem via non est canonica, universalis,  
 & ineunda iis, quibus sua conscientia ni-  
 hil exprobrat.

Rayn. 1396:  
 n. 32.

Mm 3

Gra-

Sæcul. XIV.

A. C. 1399.

Gravissimum peccatum est denegare Præposito suo debitam obedientiam: quod hic fit sine necessitate: cum schisma tollendi via detur alia canonibus magis consentanea, & ad placandam ambarum partium conscientiam accommodatior, nempe concilium generale. In litteris additur: Ut res in opus redigatur, oportet, ut sanctus Pater noster, Papa Bonifacius concilium generale convocet; quo non tantum partes suas, sed & antipapam Petrum Lunium, Cardinales, ac Præfules ei adherentes accersat edicto publico, ubi diem locumque destinet; atque si contumaces illos viderit, Principes sibi obnoxios iubeat iastare Principibus reliquis, ut antipapam, & fautores ejus parere judicio Concilii cogant, eisque indicent, Concilium insuper habita ipsorum pertinacia extinctionem schismatis persecuturum. Hæc epistola scripta est 5 Febr. 1399.

## §. XXX.

*Angliæ Regi Richardo II succedit  
Henricus.*

At eodem anno Anglia mutavit Dominum. Rex Richardus II seu Burdigalensis, homo imbecillus, & voluptati deditus se reddiderat odiosum Anglis suis, præsertim duobus patris Joanni Gandavensi Lancastræ, ac Thomæ Glocestriæ Duci-